sibus supercst ecclesie pro luminibus et candelis ad dictas missas deputandis cedere convenit. In eventum itaque, quo capellani et custos has missas cantare reluctaverint, hos tres florenos respective minime sibi vendicent, sed priorissa et conventus de consensu consulum ad alia pia opera, prout eis ex consciencia eorum melius visum fuerit, hos cum reliquis superextantibus redditibus libere facultatem convertendi concedendo tribuimus. Placet itaque nobis previa racione decernentes, quod dicta ecclesia nulli exhinc, videlicet post obitum domini Jeronimi Flaß hujus ecclesie pro nunc perpetui et intitulati rectoris, in perpetuum consignabitur titulum, sed temporalis dumtaxat cum accessu altaris constituetur in eadem rector per priorissam totumque conventum racionabili per nos vel successores nostros cognita causa ac premissa tociens, quociens opportunum opus et necessarium fuerit, removibilis. Qui revera sic quomodo expressum est ammovibilis deputatus rector sollicite et attente attendere debeat, ut juxta confirmacionis incorporati altaris tenorem post magistri Michaelis mortem dicte due expleantur et sine negligencia misse. Habeat eciam abs sinistra excusacione omni tempore duos capellanos. Nam quociens negligens reperiatur ob sui culpam, pro qualibet neglecta de hiis duabus missa unus grossus et pro rata temporis expense capellani non habiti de dicti altaris censibus ad decretum priorisse et conventus omnimodo defalcabitur. Cujus contemplacione omnibus dicti altaris censitis mandantes[c]), ut post magistri Michaelis obitum ipsi rectori pro tunc existenti successoribusque ejus de fructibus ejusdem ex integro respondeant et sicuti equum est adjicientesque subsidia caritativa. Alia quoque nobis et successoribus nostris pretextu hujusmodi parrochialis ecclesie ac altaris pro tempore debita occasione unionis incorporacionis et appropriacionis istarum haud diminuantur, sed plene per rectorem ecclesie ipsius ac si nulla esset facta unio tam de ecclesia quam altari persolvantur. — Datum in castro nostro Stolpen anno domini millesimo quadringentesimo nonagesimo primo, die vero decima mensis marcii —.

653.

1492 Febr. 13?

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 8937. Das S. an Pergamentstreifen. Schild wie bei Fig. 33, darüber C (?) F.
Gedr.: (Klotzsch und Grundig) Sammlung verm. Nachr. 7,131.
Anm.: Scolastica (Febr. 10) fiel 1492 auf Freitag; vermuthlich ist ein nach *hinter* montage *ausgefallen. Der Zins wurde später in einen Geldzins von 14 fl. umgewandelt; die nach Ausweis des Inventars von 1542 (No. 736) darüber ausgestellte Urkunde ist abhanden gekommen.*

Caspar Freiberger zum Thurmhofe, Bergschreiber zu Freiberg, bekennt, sich mit Priorin und Convent über den von seiner Malzmühle zu entrichtenden Malzzins dahin geeinigt zu haben, daß er jährlich zu Weihnachten oder acht Tage später 36 Scheffel Malz alten oder 27 Scheffel Malz neuen Freiberg. Maaßes (alles gehawfft) *nebst 1 Scheffel Weizen alten oder ³/₄ Scheffel neuen Maaßes an Zins zu reichen und außerdem binnen 4 Jahren*

652. *c)* mandan̄. *Der Druck ändert in* mandamus; *allein mit Rücksicht auf das folgende* adjicientes *scheint die sonderbare Participialconstruction beibehalten werden zu müssen.*